non recipiendo nullasque motas appellationes earumque prosecutiones faciendo
ac praemissa omnia praemissis simplicibus vel triplicatis cuiusvis suspen-
sionibus fatalibus Juris processus terrestri bello conventionisque tum aliis
quibusvis Juris remediis ac defensis non subterfugiendo hac sua praesenti
personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Korniaktowa Eidem Conventui Recognitionem Roborat

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Pra-
misliensibus Generosa Helisabeth de [illegible] Generosi Constan-
tini Korniakt Consortis derelicta Vidua sana mente et corpore existens a Terris
Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo
huic autem Jurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet
se cum Successoribus bonisque suis quibusvis totaliter et plenarie incorporando
ac subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit quia
ipsa se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus
ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis Religioso Pa-
tri Dominico Jasienicki Conventus Husakoviensis Ordinis Bea-
tissimae Virginis Mariae Regularis observantiae Priori totique
Conventui moderno et pro tempore existenti inscribit et obligat
praesentibus Recognitionem certam manualem per se Recognoscentem
eidem Priori et Conventui ipsorum occasione quarundam rerum [illegible]
sibi expressarum de [illegible] data hic Premisliae die hodierna da-
tam manu sua propria subscriptam et sigillo communitam in omnibus
et singulis eiusdem Recognitionis conditionibus punctis clausulis
articulis vadiis ligamentis ac nexibus generaliter universis firmi-
ter tenere complere et exequi ac inviolabiliter observare com-
nibusque et singulis illisque contentis eorumque parte quam in toto toties
quoties opus fuerit satisfacere praefatamque Recognitionem ad Inscriptionem
praesentem [illegible] praesentem ad praedictam Recognitionem vicissim

in toto

in toto referendo idque sub vadio centum Florenorum quod solvere
nisi per eandem Recognoscentem seu suos praefatam Helizabetham de [illegible]
Korniaktowa ac eius Successores praenominato Priori et Con-
ventui ipsius obnon completionem contentorum Recognitionis praefatae
in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum suc-
cumbendo. Pro quoquidem vadio necnon promissio ad solvendum
succumbendo et pro aliqua principali ex praemissis non completa
complendisque praemissis citata existere praenominata Recognoscens Genero-
sa Korniaktowa ac eius Successores ad instantiam praenominati Rel-
igiosi Patris Dominici Jasienicki praefati Conventus Husakoviensis
Prioris ac totius Conventus Husakoviensis nunc et pro tempo-
re existentis ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense
cuius decisioni superiori quod ad respondendum spectat mediante
semper in primo citationis termino tanquam peremptorio comparere
et parere respondere vadiumque praedictum luere insertori succumbere satis-
facere ac omni iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos
Successores ad ea omnia obligat eundem Terminum primum pe-
remptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem termini
semper peremptorios non infirmitate maiori minoreve aetate successo-
rum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad
monumenta ad Tribunale vel aliis quibusvis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo ad quaeve ad ulla
gravis termini officii praefati Castrensis Premisliensis dilationes
[illegible] non recipiendo nullasque motas appellationes earumque prosecutiones
faciendo ac praemissa omnia praemissis simplicibus vel triplicatis eva-
sionibus suspensionibus fatalibus Juris processus terrestri bello con-
ventionisque tum aliis quibusvis Juris remediis ac defensis non sub-
terfugiendo hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa
omnia mediante.

Actum in Castro Prae-